matres filias offerunt xpo, & suam quisque progeniem regi caelesti
ad militandum probare festinant; gaudenter in spem aeternam
quas non fundit quia caritas xpi diffusa est in cordibus nostris; talia
enim pignora non solum in consortium salutis & gloriae sed etiam in or
namentum. & in patrocinium perenne devoti parentes habebitur;
& non simus circa filios nostros pusillanimes neque timeamus si nunc
in militia spiritali laborent sed magis laetemur quasi in pensius laboraverint
inlustrius glorificabuntur; Nos tantum ipsi ste sentemus dno quos ab ipso acce
pimus ut & probatorum ac militantium xpo filiorum efficiamur partici
pes nobiscum eos adducentes & statuentes coram dno; his autem qui ita &
hiberi studente do & agonem iustum militiae spiritalis legitime certare
nituntur ut adprehendent bradium superne cogitationis; Competenter il
lud psalmista dicemus benedicti vos dno qui fecit caelum & terram; Digne
etiam pro his secundum moysen oratumus benedic dne opera ipsorum &
depone lumbum adversariorum eorum; Viriliter agite optati milites
currite. fortiter. cursum vestrum decertate certamen bonum ut capia
tis & nos coronas. in xpo ihu, per quem do patri gloria cum spu sco in se
cula saeculorum. amen.

EXPLICIT OMELIA DE MILITIA SPIRITALI;

# INCIPIT EIUSDEM DE MILITIA XPIANA. XXXII

Omnes homines qui se studient humo tollere & inserere cae
lestibus qui que naturam mortalitatis evincere angelice con
versationis aemulatione .. nituntur; Ut studio bonae volunta
tis angelorum incorruptionem sequentes adpropinquent do; Incor
ruptio enim ut scriptum est hominem do proximum facit; Removent se quan
tum possunt spu virtutis a corpore & penitus absistant a carnales concupis
centias; Morientes quidem super terram huic vitae secundum imitationem
passionis xpi viventes autem evangelicam vitam iuxta communionem vitae dni